



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Trebellii Pollionis Divvs Clavdivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

Afs. † uniu/
riam.

ris tantam esse uarietate de homine, cuius uix nomen agnoscitur. Huius uxor Calphurnia fuit sancta & uenerabilis foemina de genere Censorinoru, id est, Pi-
sonu. Qua maiores nostri † Imiuiriā sacerdotem inter sacratissimas foeminas adorarent. Cuius statuam in templo Veneris adhuc uidimus argolicā, sed auratam. Hæc uniones Cleopatranas habuisse perhibetur. Hæc lācem centū libra-
rū argenti, cuius pleriq; poëtæ meminerunt, in qua maiorum eius expressa ostē-
ditur historia. Longius mihi uideor processisse, q̄ res postulabat. Sed quid fa-
ciam? scientia naturæ facilitate uerbosa est. Quare ad Censorinū reuertar ho-
minē nobile: sed qui nō tā bono, q̄ malo reip. septē diebus dicitur imperasse.

CENSORINVS.



Enforinus uir planè militaris, & antiquæ in curia dignitatis, bis cōsul, bis præfectus prætorij, ter præfectus urbi, quarto consul, tertio consularis, legatus prætorius secūdo, quarto ædi-
litius, tertio quæstorius, extra ordinē quoq; legatione Persi-
ca functus, etiam Sarmatica. Post omnes tamen honores cū
in agro suo degeret senex, atq; uno pede claudicans uulnere,
quod bello Persico Valeriani tēporibus acceperat, factus est imperator, & scur-
rarū ioco Claudius appellatus est. Cūq; se grauissime gereret, neq; à militi-
bus ob disciplinā Censoriā ferri posset: ab his ipsis, à quib⁹ factus fuerat, interē-
ptus est. Extat eius sepulchrum, in quo grandibus literis circa Bononiam incisi
sunt omnes eius honores, ultimo tamen uersu adscripto,

Felix ad omnia, infelicissimus imperator.

Afs. † male/
uolis.

Extat eius familia Censorinorū nomine frequentata: cuius pars Thracias odio
rerū Romanarū, pars Bithyniam petijt. Extat etiā domus pulcherrima adiun-
cta gētib⁹ Flauijs, quæ quondā Titi principis fuisse perhibetur. Habes inte-
grum numerum triginta tyrannorum: qui cum male nobis quidem, sed bono
animo causaberis. Da nunc cui uis libellum nō tam diserte, q̄ fideliter scriptū.
Neq; ego eloquentiam uideor pollicitus esse, sed rem: qui hos libellos, quos de
uita principū ædidi, non scribo, sed dicto: & dicto cū ea festinatione, quā siquid
uel ipse promiserō, uel tu petieris, sic perurges, ut respirandi nō habeā facultatē.

TREBELLII POLLIONIS

DIVVS CLAVDIVS.



Eliciter uentum est ad principem Claudium, qui no-
bis intuitu Constantij Caesaris cum cura in litteris di-
gerendus est. De quo ego idcirco recusare non potui,
quod alios tumultuarios uidelicet imperatores, ac re-
gulos scripseram eo libro, quem de triginta tyrannis
ædidi, qui Cleopatranam etiam stirpem, & uictoria-
nam, & quæ nunc est, detinet. Siquidem eò res proces-
sit, ut mulierum etiam uitas scribi Gallieni compara-
tio esse

tio effecerit. Neq; enim fas erat eum tacere principem, qui tantam generis prolem, qui bellū Gotticū sua uirtute cōfecit: qui manū publicis cladibus uictor imposuit: qui Gallienū prodigiosum imperatorem, etiam si nō autor consilij fuit, tamen ipse imperaturus bono generis humani à gubernaculis publicis depulsi: qui si diutius in hac esset cōmoratus repu. Scipiones bonos, & Camillos, omēs q; illos ueteres suis uirtutibus, suis consilijs, sua prouidentia reddidisset. Breue illius in imperio fuit tempus: sed breue fuisset etiam, si quantū hominū uita suppetit, tantum uir talis imperare potuisset. Quid em̄ in illo nō mirabile? quid nō conspicuū? quid nō triumphalibus uetustissimis prāferendū? In quo Traiani uirtus, Antonini pietas, Augusti moderatio, & magnorū principū bona sic fuerunt, ut nō ab alijs exemplū caperet, sed etiā si illi nō fuissent, hic ceteris reliquisset exēplū. Doctissimi mathematicorū centū & uiginti annos homini ad uiuendum datos iudicant, neq; amplius cuiq; iactitant esse concessum: etiā illud addentes, Mosē solū dei, ut Iudæorū libri loquunt, familiarem CXXV. an. uixisse. Qui cū quererēt, quod iuuenis interiret: responsum ei ab incerto ferunt numine, neminē plus esse uicturū. Quare etiā si C. & XXV. an. Claudi⁹ uixisset, necessariam quidem mortem eius expectandā fuisse, ut Tullius de Scipiōe loquitur pro Milone, stupenda, & mirabilis docet uita. Quid em̄ magnū uir ille domi, forisq; nō habuit? Amauit parentes. Quid mirū? Amauit & fratres. Iam potest dignum esse miraculo. Amauit propinquos, res nostris temporibus comparanda miraculo. Inuidit nulli, malos persecutus est. Fures iudices palam, apertēque damnauit. Stultis quasi negligenter indulgit. Leges optimas dedit. Talis in republica fuit, ut eius stirpem ad imperium summi principes eligerent, emendatior senatus optaret. In gratiam me quispiam putet Cōstantij Caesaris loqui: sed testis est & tua conscientia, & uita mea, nihil unquam cogitasse, dixisse, fecisse gratiosum. Claudiū principē loquor: cuius uita, probitas, & omnia quæ in rep. gessit, tantā posteris famam dedere, ut senatus, Po. Q. R. nouis cū honoribus post mortē affecerit. Illi clypeus aureus, uel ut grammatici loquunt, clypeū aureum senatus totius iudicio in Romana curia collocatum est, ut etiā nunc uideat. Expressa thorace uultus eius illi, quod nulli antea Po. R. sumptu suo in Capitolio ante Iouis optimi maximi templū statuam auream decem pedū collocauit. Illa totius orbis iudicio in rostris posita est, colūna palmata, statua superfixa, librarū argēti mille quingentarū. Ille uelut futurorū memor, gentes Flauias, quæ & Titi, nolo autem dicere Domitiani fuerant, propugnauit: ille bellū Gotticum breui tempore impleuit. Adulator igitur senatus, adulator Po. R. adulatrices exteræ gentes, adulatrices prouinciæ: siquidem oēs ordines, omnis ætas, omnis ciuitas statuis, uexillis, coronis, fanis, arcibus bonū principem aris ac templis honorauerunt. Interest eorum qui bonos imitantur principes, & totius orbis humani interest cognoscere, quæ de illo uiro senatus cōsulta sint: ut omnes iudicium publicæ mentis agnoscant. Nam cum esset nuntiatum nono Calendas Apriles ipso in sacrario matris sanguinis die Claudiū imperatorem factum: neq; cogi senatus sacrorum celebrandorum causa posset;

L sumptis

Moses.

Clypeus aureus.

sumptis togis itum est ad Apollinis templum: ac lectis litteris Claudij principis, hæc in Claudium dicta sunt. Auguste Claudij te nobis præstet. Dictum sexages. Claudij Auguste principem te, aut qualis tu es semper optauimus. Dictum quadragies. Claudij Auguste te respublica requirebat. Dictum quadragies. Claudij Auguste tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus[†] seruator, tu uere princeps. Dictum octages. Claudij Auguste tu nos ab Aureolo uindica. Dictum quinquies. Claudij Auguste tu nos à Palmyrenis uindica. Dictum quinquies. Claudij Auguste tu nos à Zenobia, & à Victoria libera. Dictum septies. Claudij Auguste Tetricus nihil fuit. Dictum septies. Qui primum ut factus est imperator, Aureolum qui grauior reipublice fuerat, quod multum Gallieno placebat, conflictu habito à reipublice gubernaculis depulit tyrannum, quem missis ad populum edictis datis etiam ad senatum orationibus iudicauit. His accedit, quod arrogante Aureolum, & foedus petentem imperator grauis, & seuerus non audiuit, responso tali repudiatum. Hæc à Gallieno petenda fuerat, qui consentire moribus poterat, & timere. Denique iudicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum uitæ ac moribus suis habuit. Et hunc tamen quidam historici laudare conati sunt, & ridicule quidem. Nam Gallus Antipater ancillariorum & historicorum deherestamentum, principium de Aureolo habuit. Venimus ad imperatorem nominis sui, ut magna eius uidelicet uirtus ab auro nomen acciperet. At ego scio sapius inter gladiatores bonis pugnantibus hoc nomen appositum. Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in indice ludorum. Sed redeam ad Claudium. Nam ut superius diximus, illi Gotthi, qui euaserant eo tempore, quo illos Macrianus est persecutus, quosque Claudius emitti non fuerat, ne quid fieret quod effectum est, omnes gentes suorum ad Romanas incitauerunt prædas. Denique Scytharum diuersi populi, Peuci, Trutungii, Austorgoti, Virtingui, Sigipedes, Celtae etiam & Heruli, prædæ cupiditate in Romanum solum & reipublice uenerunt, atque illic pleraque uastarunt: dum alijs occupatus est Claudius, dumque se ad id bellum quod confecit, imperatorie instruit, ut uideantur fata Romana boni principis occupatione lentata. Sed credo, ut Claudij gloria accresceret, eiusque fieret gloriosior toto penitus orbe uictoria. Armatarum denique gentium trecenta uiginti milia tunc fuere. Dicat nunc qui nos adulationis accusat, Claudium minus esse amabilem. Armatarum trecenta xx. milia. Quis tandem Xerxes hoc habuit? quæ fabella istum numerum effinxit? quis poeta composuit? trecenta uiginti milia armorum fuerunt. Adde seruos, adde familias, adde carraginem, & epota flumina consumptasque syluas. Laborasse denique terram ipsam, quæ tantum Barbarici tumoris excepit. Extat ipsius epistola missa ad senatum legenda ad populum, qua indicat de numero Barbarorum, quæ talis est: Senatui Po. q. Ro. Claudius princeps (hæc autem ipse dictasse perhibet, ego uerba magistri memorie non requiro) p. c. milites audite quod uerum est. cccxx. milia Barbarorum in Romanum solum armati uenerunt: hæc si uicero, uos uicem reddite meritis: si non uicero, scitote me post Gallienum uelle pugnare. Fatigata est tota respublica. Pugnabimus post Valerianum, post Ingenuum, post Regilianum, post Lollianum, post Posthumum, post Celsum, post mille alios

Als. isenator

Als. † Ostro
gottha.
Al. Gepidæ

Legendum for
talis, min⁹
esse q. Anni
balem.

» mille alios, qui cōtēptu Gallieni principis à rep. defecerūt. Nō scuta, nō spathæ,
 » non pila iā supersunt. Gallias & Hispanias uires reip. Tetricus tenet, & omēs sa
 » gittarios (quod pudet dicere) Zenobia possidet. Quicquid fecerimus, satis grā
 » de est. Hos igitur Claudius ingenita illa uirtute superauit. Hos breui tēpore at
 » triuit. De his uix aliquos ad patriū solū redire permisit. Rogo quantū precium
 » est dypeus in curia tātæ uictoriæ, quantū una aurea statua. Dicit Ennius de Sci
 » pione: Quantā statuā faciet Po. R. quantā columnā, quæ res tuas gestas loqua
 » tur? Possumus dicere Flauīū Claudiū unicū in terris principē, non columnis, nō
 » statuis, sed famæ uiribus adiuuari. Habuerunt p̄terea duo milia nauīū, duplicē
 » scilicet numerū, qua illū q̄ tota pariter Græcia, oīsq; Thessalia, urbes etiā Asiæ
 » quondā expugnare conata est. Sed illud poëticus stilius fingit, hoc uera cōtinet
 » historia. Claudio igitur scriptores adulamur, qui duo milia nauīū Barbararum
 » & trecēta uiginti milia armatorū deleuit, oppressit, attriuit: qui carraginē tantā
 » q̄tā numerus hic armatorū sibi met aptare potuit, & parare. Nūc incendia fe
 » cit, nūc cū omnibus familijs Romano seruitio deputauit: ut docet eiusdē episto
 » la, quā ad Iuniū Brocchū scripsit Illyricū tuentē. Claudius Broccho. Deleuimus
 » CCC. XX. milia Gotthorum, II. milia nauīū mersumus. Tecta sunt flumina scu
 » tis, spathis, & lanceolis: oīa littora operiunt. Cāpi ossibus latēt tecti, nullum iter
 » purum est, ingens carrago deserta est. Tantū mulierum cepimus, ut binas, &
 » ternas mulieres uictor sibi miles possit adiūgere. Et utinā Gallienū non esset
 » passa resp. utinā sexcētos tyrannos non pertulisset. Saluis militibus, quos prælia
 » sustulerūt, saluis legionibus, quas Gallienus male uictor occidit, q̄tum esset ad
 » ditū reip. Siquidē nunc uerba naufragij publici colligit nostra diligentia ad R.
 » reip. dec⁹ Pugnātū est em̄ apud Mœsios, & multa p̄lia fuerūt apud Martiano
 » polim, multi naufragio perierūt: pleriq; capti reges, captæ diuersarū gētiū nobi
 » les foeminae: impletæ Barbaris seruis, senibusq; cultoribus Ro. puincia. Factus
 » miles Barbar⁹, & colon⁹ ex Gottho. Nec ulla fuit regio, quæ Gotthū seruū triū
 » phali quodā seruitio nō haberet. Quid bouū Barbarorū nostri uidere maiores?
 » quid ouīū? quid equarū. quas fama nobilitat Celticarum? Hoc totū ad Clau
 » dij gloriā pertinet. Claudius & securitate rep. & opulentia nimietate donauit.
 » Pugnātū præterea est apud Byzantios, ipsis qui superfuerāt Byzantijs fortiter
 » facientibus. Pugnātū apud Thessalonicensis, quos Claudio absente obsede
 » rant Barbari. Pugnatum in diuersis regionibus, & ubiq; auspicijs Claudianis
 » uicti sunt Gotthi prorsus, ut iā tūc Constantio Cæsari nepotī futuro uideatur
 » Claudius securā parare rep. Et postq̄ uenit in mentē, exprimenda est fors quæ
 » Claudio data est. Perhibet eo magis, ut intelligāt oēs genus Claudi ad felicitā
 » tē reip. diuinitus cōstitutū. Nam cū consuleret factus imperator, q̄d diu impera
 » turus esset, fors talis emerit.

Ap. imācipia

Celtica
equæ.

- » Tu qui nunc patrias gubernas oras,
 » Et mundum regis, arbiter deorū
 » In ueteres tuis nouellis regnabunt.
 » Etenim minores reges facient suos minores.

Phalecf uer
sus sunt, sed
deprauati.

L > Idem

Idem cum in Appenino de se consuleret, responsum huiusmodi accepit:
Tertia dum Latio regnantem uiderit aetas.

Idem cum de posteris suis:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Item cum de fratre Quintilio, quem consortem habere uolebat imperij, responsum est:
Ostendent terris hunc tantum fata.

Quae idcirco posui, ut sit oibus clarum Constantium diuini generis uirum sanctissimum decerni Casarem, & Augustam ipsum familiae esse, & Augustos multos de se daturum, saluis Diocetiano & Maximiano Augustis, & eius fratre Galerio. Sed dum haec a diuo Claudio agunt, Palmyreni ducibus Sabba & Timogene contra Aegyptios bellum sumunt, atque ab his Aegyptia pernicacia & indefessa pugnandi continuatioe uincunt. Dux tamen Aegyptiorum Probatius Timogenis insidijs interceptus est. Aegyptij uero omnes se Romano impatori dederunt, i absentis Claudij uerba iurantes, Aetatiano & Orphito consulibus, auspicia Claudiana fauor diuinus adiuuit. Nam cum se in Hamimotem multitudo barbarum gentium, quae supfuerat, contulisset, illic ita fame ac pestilentia laborauit, ut iam Claudius dedignaretur & uincere. Denique finitum est asperrimum bellum, terroresque Romani nominis sunt depulsi. Vera dici fides cogit, simul ut sciant hi, qui adultores nos existimari cupiunt, id quod historia dici postulat, non tacere. Eo tempore quo parata est plena uictoria, plerique milites Claudij secundis rebus elati, quae sapientium quoque animos fatigant, ita in praedam uersi sunt, ut non cogitarent a paucissimis se posse fatigari, dum occupati animo atque corporibus auertendis praesidijs inserviunt. Denique in ipsa uictoria, prope duo milia militum a paucis barbaris, & his qui fugerant, intercepti sunt. Sed ubi hoc contempit Claudius, omnes qui rebelles animos extulerant, conducto exercitu rapit, atque in uincula Romanae etiam mittit ludo publico deputandos. Ita id quod uel fortuna uel miles egerat, uirtute boni principis aequatum est. Nec sola de hoste uictoria, sed etiam uindicta praesumpta est. In quo bello quod gestum est, equitum Dalmatarum ingens extitit uirtus, quod originem ex ea puincia Claudius uidebat ostendere: quibus alij Dardanum, & ab Illo Troianorum, atque ipso Dardano sanguinem dicent trahere. Fuerunt per ea tempora & apud Cretam Scythae, & Cyprum uastare tetarunt: sed ubique morbo exercitu laborante, superati sunt. Finito sane bello Gotthico, grauissimus morbus increpuit: tunc cum etiam Claudius affectus morbo mortales relinquit, & familiare uirtutibus suis petijt caelum. Quo ad deos atque ad sidera demigrante, Quintilius frater eiusdem uir sanctus, & sui fratris (ut uere dixerim) frater: delatum sibi omnino iudicio suscepit imperium, non haereditarium, sed merito uirtutum: qui factus esset impator, etiam si frater Claudij principis non fuisset. Sub hoc barbari qui supfuerant, Antialo uastare conati sunt, Nicopolim etiam obtinere. Sed illi prouincialium uirtute obruti sunt. Quintilius autem ob breuitatem temporis nihil dignum imperio gerere potuit. Nam septimadecima die, quod se graue & seruum contra milites ostenderat, ac uerum principem pollicebatur, eo genere quo Galba, quo Pertinax interceptus est. Et Dexippus quidem Claudium non dicit occisum, sed tantum mortuum. Nec tamen addidit morbo: ut dubium sentire uideatur. Quoniam res bellicas diximus, de Claudij genere & familia saltim pauca dicenda sunt: ne ea quae scien-

quæ sciēda sunt præterisse uideamur. Claudius Quintilius, & Crispus fratres fue-
 runt. Crispi filia Claudia. ex ea & Eutropio nobilissimo gentis Dardanae uiro
 Constantius Cæsar est genitus. Fuerunt etiã sorores, quarum una Cōstantina
 noie nupta tribuno Assyriorū in primis annis defecit. De auis nobis parum co-
 gnitū. Varia em̄ pleriq; pdiderūt. Ipse Claudius insignis morū grauitate, insi-
 gnis uita singulari & unica castimonia: uini parcus, ad cibū pmptus, statura p/
 cerus: oculis ardētibus, lato & pleno uultu: digitis usq; adeo fortib⁹, ut sæpe eqs
 & mulis ictu pugni dentes excusserit. Fecerat etiã adolescēs in militia, cum ludi-
 cro Martiali i cāpo luctamē inter fortissimos quosq; mōstraret. Nā iratus ei q
 nō baltheū, sed genitalia sibi cōtorferat, omēs dentes uno pugno excussit. Quæ
 res indulgentiã meruit pudore uindictæ: siquidē tūc Decius impator, quo præ-
 sente fuerat perpetrātū, & uirtutē & uerecundiã Claudij publice prædicauit: do-
 natūq; armillis & torquibus, à militū congressu secedere præcepit: ne quid atro-
 cius q̄ luctamē exigit, faceret. Ipsi Claudio liberi nulli fuerūt. Quintilius duos
 reliquit: Crispus, ut dixim⁹ filiã. Nūc ad iudicia principū ueniamus, quæ de illo à
 diuersis ædita sunt: & eatenus quidē ut appareret, quādōcūq; Claudiū impera-
 torē futurū. Epistola Valeriani ad Zosimionem pcuratorē Syriae. Claudiū Il-
 lycianæ gētis uirū tribunū Martiæ quintæ legionis fortissime dedimus: uirum
 deuotissimis quibusq; ac fortissimis ueterū præferendū. Huic salariū de nostro
 priuato arario dabis annuos frumēti modios tria milia, hordei sex milia. Lari-
 di libras duo milia. Vini ueteris sextarios tria milia quingētos. Olei boni sexta-
 rios centū quinquaginta: Olei secūdi sextarios sexcētos. Salis modios uiginti.
 Cerae pōdo centū quinquaginta. Fœni, paleæ, aceti, holeris, herbarū quantū sa-
 tis est. Pelliam tentoriarū decurias triginta: mulos annuos sex: equos annuos
 tres: camelos annuas decē: mulas annuas nouē. Argenti in ope annuo pondo
 quinquaginta. Philippeos nostri uultus annuos centū quinquaginta, & in stre-
 nis quadraginta septē, & trientes centū sexaginta. Itē in caueos & scyphos pon-
 do undecim. Itē in caueos & scyphos & zuma pondo undecim. Tunicas ruffas
 militares annuas, sagochlamydes annuas duas. Fibulas argēteas inauratas du-
 as. Fibulā aureā cumacum Cypreā unam. Balteū argenteū inauratum unū, an-
 nulū bigemmeū. Vnciale brachiale unū unciarū septē. Torquē libralem unum,
 cassidem inauratā unam. Scuta chryfographata duo: loricā unā, quā refundat:
 Læceas Herculanias duas, aclydes duas, falces duas, falces fœnarias quatuor. Co-
 cum quē refundat unū, mulionē quē refundat unum. Mulieres speciosas ex cā-
 ptiuis duas. Albā subsericā unam cū purpura gubitanā, subarmale unum cum
 purpura Maura. Notariū quē refundat unū, structorē quem refundat unum.
 Accubitaliū Cypriorū paria duo. Interulas puras. Togam quā refundat unā:
 Latum dauum quē refundat unū. Venatores qui obsequantur duos, carpenta-
 nū unū. Curā pratorij unū, Aquariū unum, Piscatorē unum, Dulciariū unum,
 Ligni quotidiani pondo mille, si est copia: sin minus, quātū fuerit, & ubi fuerit.
 coctiliū quotidiana batilla quatuor. Balneatorē unum, & ad balneas ligna: sin
 minus, lauare in publico. Iã cætera quæ propter minutias suas scribi nequeunt,
 pro moderatione præstabis, sed ita, ut nihil addere. Et si alicubi aliqd defuerit

Astifuccu,
 bitana.

L 3 non præ

nō precū, nec in minimo exigat. Hæc aut oia idcirco specialiter nō quasi tribu-
 no, sed quasi duci detuli: quia uir talis est, ut ei plura etiā deferēda sint. Itē ex epi-
 stola eiusdē alia inter cætera ad Albaiū Murenā præfectū prætorij. Desine
 aut cōqueri, quod adhuc Claudius est tribunus, nec exercitus ducē loco accipit.
 Vñ etiā senatū & populū cōqueri iactabas, dux factus est, & dux totius Illyri-
 ci. habet in potestate Thracias, Mæsos, Dalmatas, Pannonios, Dacos exercit⁹:
 uir ille summus nostro quoq; iudicio speret consulatū, si eius animo accōmodū
 est: qñ uoluerit, accipiat prætorianā, accipiat præfecturam. Sanē scias tantū ei à
 nobis decretū salarij, quantū habet Aegyptij præfectura: tantū uestiū, quantū
 pro cōsultu Africano detulimus: tantū argenti, quantū accipit curator Illyrici
 Medanius: tantū ministeriorū, quantū nos ipsi nobis p̄ singulas quasq; decer-
 nimus ciuitates: ut intelligāt oēs, quæ sit nostra de uiro tali sentētia. Item episto-
 la Decij de codē Claudio. Decius Messalæ præsidij Achaiaē salutē. Inter cate-
 ra tribunū uero Claudiū optimū iuuenē, fortissimū militē, cōstāntissimū ciuem
 castris, senatui, & reipu. necessariū in Thermopylas ire præcepimus: mandata
 eidē cura Peloponnesiū, scientes neminē melius oia, quæ iniūgimus, esse cura-
 turū. Huic ex regione Dardania dabis milites ducetos, ex Cataphractarijs cen-
 tū, ex equitib⁹ C. & sexaginta, ex sagittarijs Creticis sexaginta, ex tyronib⁹ bene
 armatos mille. Nā bene illi noui credunt exercitus. Neq; em̄ illo quisq; deuoti-
 or, fortior, grauior inuenit. Item epistola Galieni. cū nunciatū esset p̄ frumenta-
 rios Claudiū irasci, quod ille mollius uiueret. Nihil me grauius accepit, q̄ quod
 notoria tua intimaisti Claudiū parentē, amicūq; nostrum insinuas sibi falsis
 pleriq; grauius irasci. Quæso igit̄ mi Venuste, si mihi fidē exhibes, ut eū faci-
 as à Grato & Herenniano placari nescientibus hoc militib⁹ Dacisianis, qui iā
 scuiunt, ne grauius ferant. Ipse ad eū dona misi, quæ ut libenter accipiat, tu fa-
 cias. Curandum præterea est, ne me hoc scire intelligat, ut uisus censere & iudi-
 cet, & pro necessitate ultimū consiliū capiat. Misi aut̄ ad eū pateras gēmatas, tri-
 libres duas, Scyphos aureos gēmatos, trilibres duos: discum Corymbiatū argē-
 teū librarū uiginti. Lanceā argenteā pampinatā librarū triginta. Paterā argen-
 teā hederaceam librarū xx. & III. † Voleraleiuticū argenteū librarū xx. Vr-
 ceos duos auro indusos, argenteos librarū sex, & in uasis minorib⁹ argenti li-
 bras xxv. Calices Aegyptios, operisq; diuersi x. Chlamydes ueri luminis lim-
 batas duas. Vestes diuersas xvi. Albam subsericam paragaudē triuncē unā.
 † Zanchas de nr̄is particas paria tria. Singiliones Dalmatēses x. Chlamydē
 Dardanicā mātuellē unā, penulā Illyricianā unā. Bardocucullū unū, cucutia ui-
 losa duo. Oraria sarabadena quatuor, Aureos ualerianos CL. Trientes saloni-
 nianos CCC. Habuit & Senatus iudicia priusq; ad imperiū pueniret ingentia.
 Nā cū esset nunciatū, illū cū Macriano fortiter cōtra gētes in Illyrico dimicasse,
 acclamauit senatus. Claudi dux fortissime habeas uirtutib⁹ tuis, deuotioni tuæ.
 Claudio statuā oēs dicamus. Claudiū cōsulem omnes cupimus, qui amat rem
 pub. sic agit: qui amat principes, sic agit. Antiqui milites sic egerunt. Felicem te
 Claudi iudicio principum, felicē te uirtutibus tuis, cōsulem tete præfectū, uiuas
 Valerie, ameris à principē. Longū est tam multa q̄ meruit uir ille perscribere.
 Vnum ta-

Ap̄ Boliterra
 halecuticū.

af. flaneas.

Vnum tamen tacere nō debeo, quod illum & senatus, & populus ante imperiū & in imperio, & post imperium sic dilexit, ut satis constet, neq; Traianum, neq; Antoninos, neq; quenquam alium principem sic amatum.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII
DIVVS AVRELIANVS



ILARIBVS, quibus oīa festa & fieri debere scimus, & dici, impletis solēnibus uehiculo suo me & iudici- ali carpento præf. urbis uir illustris, ac præfata reuer- tentia nominādus Iunius Tiberianus accepit: ibi cū animus à causis atq; à negocijs publicis solutus, ac li- ber uacaret, sermonem multū à palatio usq; ad hor- tos Varianos instituit: & in ipso præcipue de uita principum. Cūq; ad templū Solis uenisset, ab Aureliano principe cōsecratū, quod ipse nō nihilū ex eius origine sanguinē duceret: quæsiuit à me, quis uitam eius in litteras ret- tullisset? Cui ego cū respōdissem, neminē à me Latinorū, Græcorū aliquos le- ctitatos: dolorem gemitus sui uir sanctus p̄ hæc uerba pfudit. Ergo Therfitē Sinonē, cæteraq; illa pdigia uetustatis, & nos bene scimus, & posteri frequēta- bunt: Diuū Aurelianū clarissimū principē, seuerissimū imperatorē, per quē to- tus Romano nomini orbis est restitutus, posteri nescient: Deus auertat hanc amentia. Et tamē, si bene noui ephemeridas illius uiri scriptas, habemus etiam bella caractere historico digesta: quæ uelim accipias, & per ordinē scribas, ad- ditis quæ ad uitam pertinent. Quæ omnia ex libris linteis, in quibus ipse quo- tidiana sua scribi præceperat, pro tua sedulitate condiscas. Curabo aut, ut tibi ex Vlpia bibliotheca, & libri linteï proferatur. Tu uelim Aurelianū, ita ut est, qua- tenus potes, in literas mittas. Parui ipse quidē præceptis: accepi libros Græcos: & oīa mihi necessaria in manū sumpsi: ex quib⁹ & quæ digna erant memoratu, in unū libellū cōtuli. Tu uelim meū munus boni cōsulas. Et si hoc cōtentus nō fueris, lectites Græcos: linteos etiā libros requiras, quos Vlpia tibi bibliotheca cū uolueris, ministrabit. Et qm̄ sermo nobis de Treuellio Pollione, q̄ à duobus Philippis usq; ad diuū Claudiū, & eius fratrem Quintiliū, impatores tā claros q̄ obscuros memoriæ pdidit, in eodē uehiculo fuit: asserēte Tiberiano, qd̄ Pollio multa icuriose, multa breuiter pdidisset: me cōtra dicēte, neminē scriptoz, q̄ptū ad historiā ptinet, nō aliqd̄ esse mētītū: pdente quinetiā in quo Liuius, in quo Salustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo deniq; Trogus manifestis testibus cōuincerent: pedib⁹ in sententiā trāsītū faciēs, ac manū porrigēs iucundā, præ- terea scribe inqt, ut libet, secur⁹, qd̄ uelis dicas: habiturus mēdacioz: comites, q̄s historice eloquētiæ miramur autores. Ac ne multa & friuola procerijs odio- sus intexam: diuus Aurelianus ortus, ut plures loquunt, Syrmij familia obscu- riore, ut nōnulli, Dacia ripēs. Ego aut legisse me nemini autorē, q̄ eū Mœsia ge- nitū prædicaret. Et euenit quidē, ut de eorū uirorum genitāli solo nesciatur, qui humiliori loco & ipsi pleriq; solum genitale confingunt, ut dent posteritati de

Libri linteï

L 4 locorū splē